

Band XI., Nr. 5352, Seite 319-320

*Dekan und Kapitel des Stifts Wimpfen beurkunden die Stiftung der
Laienschwester Irmingard in Kleingartach.*

Ohne Ortsangabe, 1299. Oktober 7.

Decanus totumque capitulum ecclesie Winpinensis Irmingardi converse in Gartach sub Luneburg commoranti salutem in eo, qui est vera salus. Exigente pie devotionis affectu, quem ad nostram vos didicimus habere [ecclesiam], petitioni vestre assensu favorabili concurrentes concedimus plenariam vobis participationem omnium bonorum, que fiunt in nostra ecclesia predicta, ut prosint vobis in vita pariter et in morte. Preterea quia unam libram Hallensium annui census quam dat singulis annis festo sancti Martini Diethericus faber in civitate Luneburg¹ residens de vinea in Banholz sita et prato sito in loco qui dicitur Gruppenbac² quod quondam fuit Wicelini nobis recipiendam assignastis pro anniversario vestro et Heinrici ac Adelheri in crastino sancte Gertrudis post vestrum obitum celebrando, ut predicta libra Hallensium inter presentes in [choro] dividatur, promittimus etiam, quod procurator nostre ecclesie de predicta libra Hallensium recepta vobis XV solidos ministrabit pro tempore vite vestre, quia id vestra poscit intentio, V vero reliquos in signum donationis nobis facte reservabit.

 Actum et datum anno domini MCCXCIX., nonas Octobris.

Nach älterem Nekrologium des Stifts Wimpfen im Tal aus dem 13. Jahrhundert.

¹Offenbar verschrieben für Gartach sub Luneburg, da Luneburg ein castrum, keine civitas war.

²Untergruppenbach.

Überlieferung und Publikationen

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 11, S. 165, Nr. 87.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Wimpfen; Stiftsdekan Wimpfen; Stiftskapitel

Ortsindex:

Kleingartach Wohnplatz (1923)
 Kleingartach, Eppingen, HN
 Luneburg Wüstung (21836)
 Luneburg, Eppingen, HN, W
 Untergruppenbach Wohnplatz (2224)
 Untergruppenbach, HN
 Wimpfen im Tal Wohnplatz (1853)
 Wimpfen im Tal, Bad Wimpfen, HN